

2

Pu. 1. num. 22.

1775, 3. 4

DE

INTERPRETATIONE PACIS WESTFALICAE

COMMENTATIO III

SVB INITIO

C. 116. LECTI^NV M HIBERNARV^M

AN. C^IC^IC^ILXXV

SCRIPTA

A

D. CAR. HENRICO GEISLERO


SER. LANDGR. HASS. CONS. REGIM

PROF. IVR. PVBL. ET IN COLL. IVR. ASS

MARBVRGI

EX OFFICINA MULLERIA





Pacem Westfalicam legentibus facile adparet, sine adcura-
ta rerum gestarum Scientia parum aut nihil intelligi, ne-
dum recte explicari posse. Quapropter cum superiore li-
bello lectionem tabularum, ut par erat, commendasse,
atque ostendisse adeo, quae qualiter lectio esse deberet,
quidque ad intelligenda tum verba, tum consilia pacificanti-
um praestaret commodi, hac scriptione statui praefidia am-
plecti historica, quibus praeter grammatica illa et dialectica
interpreti opus putarem. Nam ubi ab utraque parte bene
instructus ad interpretandum te contuleris, tum demum
excellens aliquid et egregium inde existet, quo de iurispru-
dentia omnique republica bene mereri possis. Haec via
quippe via ad veram legis intelligentiam tendentibus prodita
est, qua si incesseris, nae tibi facile fuerit, non modo ad men-
tem et consilia legatorum penetrare, sed regnare etiam in
singulis locis ac verbis, et quae vis sit, qui sensus dicto-
rum, apte pandere, hariolatu contra saepius et egregie
nugaturo, si ab alterutra parte destitutus ad haec oracula
republicas veneris. Ac nescio sine, annon hoc in primis
soleat accidere iis, qui sine copiis historicis personam inter-
pretis suscipiant, ac ratiocinando et philosophando id mu-
neris absolui existiment, videorque mihi HENNIGSII po-
tissimum exemplo intellexisse, quod de iure omni, in pri-
mis publico, valet, per hanc rationem divinari quidem in-
terdum, si mentem habeas acrem et sagacem, vita dicam,
claram vero rem, certam et expeditam numquam esse posse.

A 2

Itaque



Itaque, quod primo loco positum cupio, boni interpretis est, nosse historias prouinciarum, de quarum salute, iure ac possessione hac pace cautum fuit, non quo enumerare singulas ad vnguem et recensere possit, quod vtique neque est opus, neque fieri potest, sed quo praecipuas eorum conuersiones haur ignoret, sciatque in primis, quae stirpes, familiae, successiones fuerint principum, quae fuerint et quales terrae, quibus religionibus dedirae, quo iure ac titulo possesse, quibus descriptae partibus, omninoque, quisnam illo pacificationis tempore status earum fuerit. Nam cedo, qui expedieris te in explanatione caussae Palatinae, dec' arandoue Art. IV. §. 3-23. nisi origines gentis Bauaricae ac Palatinae adcurate calleas, norisque, quomodo ex communi quandam radice binis diuisae stirpibus in plurimos abierint ramulos, quorum discreti licet rationibus multiplex tamen sit colligatio? Evidem hoc in primis articulo qui rro vsum et necessitatem historiarum in explicanda pace ideo arbitror extra dubitationem ponи, ut ne sciām profecto, qui sine iis tandem ad interpretandum quisquam ausit accedere. Rarissime enim accidere potest, ut, quod de *linea Guilhelminiana*, in qua definienda tot interpretes lapsi sunt, HENNIGESIUS in Meditr. ad I. P. p. 40. scribit, quid tandem statuas, parum interstit, estque ipsum illud HENNIGESII iudicium hautquaquam probandum, certe fiduciam interpretis minuit, qui cum in re plana atque ex formula conuentonis inter Guilelmum V. et Ferdinandum Batueros anno 1510 LXXXVIII. de matrimonio inaequali initae, quae quidem prima *lineam* illam *Guilhelminanam* a posteritate Ferdinandi discrevit, apud LV. NIGIVM in dem R. A. Part. Spec. Cont. II. Abtheil. IV.

Abs.

Abs. I. von Pfalz und Bayern p. 150. sqq. facile definienda er-
rores admittat, saltem non magnopere curet, haut iniuria in
aliis etiam, quorum maius forte est in re publica momen-
tum, parum diligentiae adhibuisse existimatur. Atqui erat
tum, cum HENNIGESIUS scriberet, nondum sublata War-
tenbergiorum stirpe, utique opus, ut linea illa diligenter ex-
plicaretur, quoniā, si a Guilelmo IV. ducenda erat, hos
quoque complectebatur, contra, vbi a Guilelmo V. demum,
fratre illo, non patre, ut ab interprete proditum, Ferdi-
nandi, ortum ceperat, separatae eorum erant rationes. Sed
hic erat mos HENNIGESII, quem alii adhuc plurimi am-
pleteantur, ut, cum ex monumentis rerum veterum ali-
quid explicandum esset, segniter admodum ageret, et qua-
si sententiolis res confecta esset, in frigida quadam, et ie-
juna declamatione non raro conquiesceret.

Quo magis sobrii interpretis est, ab hoc vitio sibi ca-
vere, nec profundere quidem opes historicas, sed conqui-
rere tamen curiose atque in usus suos conferre, quae ex hi-
storiis ad explanationem restumque usum pacis desideran-
tur. Nam ad hunc potissimum tum illud requiritur quam
maxime, tum in primis opus est nosse loca et prouincias,
de quibus constitutum fuit, ut, quenam fuerint, cuiusque
generis, quae causa, quod ius, qui titulus possessionis,
adcurate scias. De bonis quidem ecclesiasticis recte num-
quam iudicari poterit, nisi, quod lex ipsa Art. V. §. 14.
25. statuit, mediatorum et immediatorum discrimen dili-
genter seruetur, et qui fructus ex historiis demum percipi
potest, ad suam quodque classem referatur. Quod ne le-
ue existimetur, neque ullius ad rem publicam momenti,
saepenumero pernecessarium est ad constituenda iura pu-

blica, satisque inter alia complura constat, quas in Hessa nostra lites cum Ordine Teutonico pepererit, Principibus quippe in der Nachr. von dem Visprung, Wachßbum und Landstandsch. des T. Haues und Land Commende Marburg p. 172. sqq. Art. V. §. 25. contra Ordinem vñis, hoc vero in dem Vnterr. von des T. Ritterord. insbes. der Balley Hessen Immediataet p. 196. ad se potius Art. V. §. 14. pertinere arbitratis, quarum opinionum vtra sit potior, historiae Hassiacae et monumenta maiorum de initiis bonisque Ordinis Hassiacis satis loquuntur. Balluias quidem ex Commendis Ordinis Teutonici mediatis, quas Art. V. §. 25. commemorare potuerit, sine causa et auctore negant, quos ne quo alio forte exemplo in primis ex Thuringis popularibus meis impugnem, efficit praeter alia omnia atque ea adeo, quae in libello von den mediat. und immediat. Commenden §. 5. sqq. hac de re ex instituto disputata sunt, summa in primis autoritas KRUITMAIERI, Viri illustrissimi, qui eos ipsos ex praeceptis P. W. Bauaris subiectas concedere in dem Bayer. Staatsrechte p. 299. dudum admonuit. Atque actum esse etiam in pacificatione de commendis et balluiis eiusmodi mediatis, quae deinde in §. 25. Art. V. relatae fuerint, plane docent, quae To. II. ACT. PAC. p. 758. sqq. de feudis Brandenburgorum Franconicis et infideudatione Domum Teutonicarum ex chartis litterisque antiquis scripta reperiuntur. Tum, vt in hoc genere rerum al quandum perfistam, per hanc historicam demum rationem facile videtur ad definiendum, quod laepius in primisque in decantata illa causa Aurelianensi in Actis Comprom. Francof. apud THVCELVUM in den Staats-Act. To. III. p. 183. quaefitum tuit, bona exsecrata aut religione soluta (secularitata verbo legitimo vocamus)

camus) feudi, an allodii iure ac titulo habeantur. Nam quod THOMASIVS quondam de nat. honor. secularis. §. 22. potissimum de monasteriis illis Wurtenbergicis contendit, id ego quidem vniuerse arbitror, bona huius generis mediata esse allodialia, nisi aut seorsim feudali lege obstricta, aut mature ad corpus territorii feudalis relata vna deinde cum hoc per feudum suscepta intelligantur.

Possim plura huius rei exempla ponere, quod in primis ex capitibus de restitutione facile fuerit. Neque existimo tamen multis opus futurum. Itaque ut illis paucissima subiungam, ex Art. V. §. 26. 27. satis constat, quantum in republica sacra et ciuili recte aestimanda intersit, pignoris, an dominii iure quisquam possideat. Neque obscurum esse cuiquam potest, quam saepe ciuitates imperii ad stabilienda territorii iura, si qua forte super iis controversia incidit, ad Art. V. §. 29. et Art. VIII. §. 4. confugiant, quibus locis *tam ratione iuris reformandi, quam aliorum casuum religionem concernientium in TERRITORIIS suis et respectu subditorum non minus ac intra muros et suburbia idem cum reliquis statibus imperii superioribus ius cum omnino iurisdictione intra muros et in TERRITORIO habere dicuntur.* Evidenter vniuersis, aut singulis quidquam eorum adimere non possum, quibus vel sic multi nostra memoria publice priuatumque insidentur, sed iure quidem, vt sub ipsa pacificatione To. III. ACT. PAC. p. 269. per occasionem huius sanctionis Lampadius censuit, detrahi nihil possit. Verum abutuntur tamen illis locis, qui, quod in Franconia in primis fieri memini, ac re vera nuper apud MOSERVUM Vir. Perill. in dem Reichsstaett. Mag. P. II. p. 458. Windshemicus in primis contra SCHNITZLINVM V. A. in Select. Norimberg. To. II.

8

= = = = =

c. 10. efficere tentarunt, ea sic interpretantur, ut, quaecumque demum extra muros in bonis atque in potestate sua habeant, eorum inde principatum vel superioritatem territorialem ciuitatibus confessim tribuant, easque adeo sine territorio non magis, quam ciuitatem sine ciuibus dici aut esse posse putent. Quos facile erit refellere, si ex superiore regula in singulis locis caussam possessionis intuendam teneas, remque, sine adiunctione licet enunciatam, tacitam tamen habere conditionem, nec tam adeo regulam totius generis, quam certae tantum cuiusdam classis politam obserues. Nam et si verbum territorii in ipso I. P. nonnumquam, vti Art. IV §. 24. de ciuitate et territorio Goeppingensi, de quolibet terrarum tractu dici videtur, illis tamen locis et aduersarii factentur, et res ipsa loquitur, vocem eo accipi sensu, quo in disciplina iuris publici sumitur, resque adeo intelligi debet positis, quod aiunt, terminis habilibus de ciuitatibus imperii, si quae territorium habeant. Vnde quemadmodum insignis est impudentiae et temeritatis, omnia earum territoria interuertere velle, quae ipsis Pacis Westfalicae scientis, aliarumque legum nostrarum in primis R. I. de An. 1510 XLII. §. 92. sq. grauissimis sanctimonibus confirmantur, ita viceissim ineptum videtur, singulis ea vindicare ex his locis, in quibus scribendis adeo Culmbacensis, qui tum conuentui Euangelicorum praererat, vocem illam territorii To. III. ACT. PAC. p. 268. sq. Noricorum caussa aegre diutulerit, nec sine intercessione admiserit, sed recordandum potius, quae infinite aut indefinite in formula pacis scripta sunt, ea, et si nonnumquam, quod h. benter concedo ab Auctore Obs. de iur. eccles. et polit. ciuit. imp. p. 33. male negari, non semper tamen generatim et viuierse positis respondere

= = =

dere, adeoque suo quaeque numero ac modo vbiuis aesti-
menda esse.

Verum ne iusto diutius huic loco inherere videar, sa-
cra quoque prouinciarum ac locorum interpreti diligenter
circumspicienda sunt. Quod ne pluribus exemplis confir-
mem, sed sine argumentis pro demonstrato sumam, efficit
ipsa rei evidentia, in constituenda quippe re ecclesiastica vel-
ut summa omnium consiliorum collocata, adeoque omnibus
inter utramque partem ad statum normalem relatis, vt
HOFMANNO Viro III. de anno decretorio p. 45. sq. reete
admonente ne in profanis quidem, vbi per obliquum sal-
tem cum religione cohaereant, negligi debeat, sed si de re-
ligione loci aut territorii iuribusque et officiis inde penden-
tibus quaeratur, ex statu anni decretorii res omnis aesti-
manda sit, dummodo ne qua exceptio facta, aut natura
possessionis, qua vis status normalis absoluatur, obesse vide-
atur. Nam dari exceptiones, quas in hac quaestione **M A L**-
E R Y S V. C. in dem **T. Geistl. Staatsv.** To. II. p. 59. negle-
xisse videtur, in primis iure rogandi vel praesentandi adies-
fores in Camera imperii intelligitur, quod territorio licet
inhaerent, vti inter alia in conuentione Hassiaca An. ccccxxi.
apud **L Y D O L F V M** in Colloqu. fam. p. 401. egregie obser-
uatum reperio, non statu tamen normali, sed propriis legi-
bus regitur. Neque hic vero etiam suberat ius intra limites
circumspectos finesue singulorum locorum usurpandum, sed
quod pertineret ad commune Germaniae, et in regenda v-
niuersa ciuitate vim haberet. Nam hoc sola adeo natura et
indoles status decretorii videtur postulare, vt cum possessi-
one ipsa, e qua pendet, intra certa cohabeatur loca, neque
extendatur adeo ad iura communia atque in vniuerso impe-



rio vim habentia, sed redigatur ad specialia, quibus in singularis demum locis prouinciisque vis sua constat. Vnde ut exemplo utar per se quidem exili, sed in quo multi cum iurisconsulto quodam celeberrimi nominis (HOMMELIUM Lipsiensem in Suppl. Rhaps. obs. 580. volo) a vera et constanti maiorum doctrina, quam in iudicando adeo auctore DECKER-HERRO Conf. forr. lib. I. c. 42. n. 7. secuti sunt, ad aliena nonnumquam deficiant, opifices quidem ex Art. V. §. 35. eo recte adiunguntur, ut tirones sine discrimin'e religionis in disciplinam recipiant, quoniam haec pars est iuris communis aut civitatis Germanicae. Verum ut honoribus eos tribulibus ornent, nisi hoc aut status normalis ferat, aut princeps iure praeceperit, id quidem, ut huic potissimum argumento cum KORTHOLTO de anno decretorio §. 10. fqq. insistam, per naturam rei, quae cum civitate particuliari iuribusque peculiaribus coniuncta est, hoc profecto loco non efficitur, multoque minus mutua illa et exacta aequalitate, quam ex Art. V. §. 1. obiciunt, effici vnamquam poterit, quae cum inter solos Ordines constituta sit, fine errore magno et perturbatione totius iuris publici ad ciues transferri nequit.

Itaque cum in eiusmodi rebus desinendis inter ipsos adeo Euangelicos si non ad annum decretorium, qui hic non valet, tamen ex Art. VII. §. 1. ad constitutiones antiquas et statum rerum, qui sub finem pacificationis fuit, adeoque praeteriti temporis memoriam redetendum sit, dubitari eo minus potest, quin ad iustam pacis interpretationem remque Evangelicam et Catholicam per territoria ubique et loca singula ex ea liberaliter atque accurate dispescendam rerum priscarum proba cognitione sit opus, quae licet exigua et tenuia nonnumquam

= = =

17

numquam amplecti videatur, mirabilis tamen utilitatis frumentum interpreti praebere solet. Ac fuerit profecto optabile, (neque enim instituenda videtur disputatio de diuersis commodorum generibus, quae exinde percipi possunt) ut eruantur ex monumentis veteris aevi in quaque prouincia, potissimum iis, quas mixtas vocamus, omnia, maxima, minima, quae ad hanc causam pertinent, atque in tabula velut exprimatur, qui fuerit illo tempore sacrorum vbiique status. Ulterius enim subinde aetate prouehimur, verendumque adeo videtur, ne lapsu temporis cum maximo rei communis detrimento omnis aliquando harum rerum memoria intercidat. Evidem hoc paeto crediderim, longe multos praecellarius de republica esse meritos, quam contextendis regum ignauorum stemmatibus, aut eruendis nobilium aliquot desiduum obscuris nominibus, quorum nec facinora improba, nec rusticana imperia scire magnopere iuuat. Sane si quis spernendum existimet illud rerum et antiquitatum ecclesiasticarum studium, quod fieri facile potest hac aetate, qua grata illa rerum simplicitas fere displicet, nec munda amplius et domestico cultu conspicua, sed molli et effeminato habitu histrioniam mentiens, cincinnata, fucouque et pigmentis poetarum illita incedere coepit historia, is igitur mihi quidem inficitiam rerum egregie prodere videatur, nec sibi satis diuersas illas historicorum stationes et tpeculas, quamquam plurimis in ore versari solent, nedum veras historiae pragmaticae rationes cognitas esse significat.

Iam vero vt ex diuerticulo viam persequar, opus etiam est haut raro, vt descriptionem interpres partesque prouinciarum adcurate dignoscant, videantque, et quam late quaeque patuerint, et quibus disiunctae fuerint partibus, quae-



ue alia eiusmodi coniunctionum solent esse genera. In iudicandis enim litibus, quae ex hac pace oriri solent, eo saepenumero res redire solet, vt, qui si habitus terrarum, quae constitutio, necessario sciendum sit, nouimusque satis, vt ne quid dicatur de iudicis recuperatoriis, de quibus suo olim tempore ac modo in hac nostra academia KLEIN-SCHMIDIVS proprium libellum scripsit, inter alia complura, quibus potissimum argumentis et rationibus sub extum superioris seculi Episcopus Basileensis, Suntgouia licet per I. P. M. Art. XI. §. 74. Gallis concessa, Comitatum tamen Ferretanum ab iis repeterit. Atqui hi quidem in formula pacis proposita, proiectum vulgo vocant, *Suntgouiam, in qua Comitatus Ferretis comprehenderetur, To. V. ACT. PAC. p. 151.* petierant, sibique adeo hunc Comitatum cum reliqua Suntgouia, tamquam cuius partem faceret, concessum tandem fuisse sub ipsa iam pacificatione To. VI. ACT. PAC. 307. contenderant. Sed recte obseruatum est in libello de iure Episcopi Basileensis in Comitatum Ferretanum, (Bruntruti 1661. 4.) cessionem Suntgouiae ad illum Comitatum trahi non posse, sciuenter quippe vtriusque rationibus. Comitatus enim, posteaquam extincta possessorum gente ad Basileensem olim auctore Alberto Argentinensi apud VRSTISIVM P. II. p. 121. ex cauffa dominii directi reuerterat, ab Alberto II. denuo feudal lege suscepitus, adeoque semper, vt par erat, a finitimis Austriacorum prouinciis distinctus fuit, vt, quod ab HERGOTTO in primis, viro eruditissimo, in Genealog. Gentis Habsburg. To. I. p. 61. planum factum est, atque inter pacificandum adeo To. V. ACT. PAC. p. 152. lites peperit, titulis quoque discerneretur, ac ne plura ex ACT. PAC. To. IV. p. 700.

72.

13

725. 732. repetam, hac in primis ex causa planissimis Ordinum verbis To. VI. ACT. P.A.C. p. 319. a satisfactione Gallica exciperetur. Quo loco repetere in primis lubet, quod paullo post pacem in der Samml. von Reichs-Hesraths Gutacht. To. I. p. 127. sq. Consiliarii Imperatoris in iudicio imp. aulico de Art. X. §. 8. in simili causa Bremensi praeclare monuerunt: *Weiln in puncto satisfactionis die Schmiedische Plenipotentiarii stipulatores oder petitores gewejen; die ihre Nothdurft und desideria sonst gar wohl furzubringen und genug zu exprimieren gewuist, so waere ihnen, wenn sie ie die Stadt zu dem Ertz. Stift Bremen haetten haben und behaupten wollen, obgelegen gewesen, sich derenthalben mit deutlichen und klaren Worten versichern zu lassen. Alldie weilen aber der vielangezogene §. 8. Art. X. solches gar nicht ausweiset, so ist er auch ad non exprefsa nicht zu extendiren. Wolte er aber pro dubio, incerto vel obscuru gehalten werden, als er doch per paullo ante adducta nicht ist, so haette es aber mahl seinen gewiisten Weg, numirum non tantum, si verba deficiant, sed et, si sint obscura et ambigua, interpretationem contra stipulatorem esse faciendam.* Daraus denn achttens und dismal letztens noch eine ratio contra Suecos entspringet, scilicet in obscuris semper id, quod minimum est, et per quod promissor minus laedatur vel grauetur, sequendum esse.

Sufficere haec possunt ad intelligendum, quam in interpretatione pacis causisque ex ea iudicandis historiae prouincialis ad curata cognitione opus sit. Nam quae praeterea ad rem confirmandam illustrandamque dici poterant, ea breuitatis causa in praesenti lubens omitto. Id tamen, quod cum illo quodammodo coniunctum est, neutquam



videretur praetereundum, sed diligenter potius et ex instituto
 admonendum, ad veram legis intelligentiam quam maxime
 requiri, ut controversias, quarum compositio per hanc pa-
 cem facta est, interpres probe norit, earumque quamdam
 quasi propriam historiam animo impressam habeat. Saepe-
 numero enim ipsa legis capita ad alias conventiones se refe-
 runt, vt praeter alia in primis Art. XV. §. 14. in causa
 Waldeccia factum est, quo loco sine historia controversiae,
 quam me quidem iudice breuiter et in compendio HART-
 MANNO in Hist. Hass. P. II. p. 571. nemo melius scriptis, ni-
 hil te intelligere fateberis. Similiterque sine hoc praesidio
 haeredit tibi aqua in causa Iuliaca, de qua quidem nostra ae-
 tate Brandenburgici To. LXXIV. der STAATSC. p. 533. sq.
 contra Saxonis ita coeperunt disputare, vt abiecta omni
 possessione causa solo eam petitorio dirimendam contendere-
 rent, atque ad hoc efficiendum processum illum ordinarium,
 qui in I. P. Art. IV. §. 57. commemoratur, virgerent. Sed
 facile erit hoc telum opinonis Brandenburgicae retundere,
 si cum Saxonibus To. LXXVIII. der STAATSC. p. 119.
 sqq. de possessione item iamdudum in iudicio pependisse
 obfernes. Hoc enim iudicium cum necdum finitum sit,
 neque etiam, quod in primis notandum est, viro pacis nostrae
 capite v. c. Art. XVII. §. 3. sublatum, necessario inde con-
 sequitur, ut ordinarius ille processus huc se referat, omnis-
 que adeo pacis sanctio eo redeat, ut, quod suffragiis Saxo-
 num To. V. ACT. PAC. p. 695. 700. 715. rebusque pa-
 cem infuscatis apud MOSERVUM in der Erlaeut. des W. F.
 To. I. p. 429. adhuc planius fieri videtur, causa vel iudicio
 coepito per sententiam Caesaris, vel transigendo, vel deni-
 que alio legitimo modo, v. c. per arbitrios, dirimatur. Pro-
 cessus

cessus quidem ordinarius eorum Caesarea Maiestate, quem illi premunt, a causa possessionis nequaquam est alienus, breuique, qui ab initio petebatur, propterea videatur substitutus, quod ad extremum extraordinaria quoque arbitrium aut compromissariorum via placuit.

Nec vero satis est nosse controversias, sed debet etiam genus cuiusque et natura inspicci, ne leges compositionis aut interpreteris perperam, aut ad causas plane alienas inepte transferas, in quo dici non potest, quam a multis peccetur. Itaque cum duplex maxime fuerit genus controversiarum, de quibus pax Westfalica constituit, unum, quod bello locum causamque dederit, alterum, quod inter bellandum demum existiterit, atque ipso adeo ex bello ortum ceperit, utrumque in interpretando caute est secernendum. Nam et in pacificando adcurate semper disiunctae, estque hanc in rem in primis To. III. ACT. PAC. p. 211. grauis vox legati Culmbagensis, et interest etiam quammaxime, ad quam quaeque formam relata sit. Suae enim cuiusque rationes ac diuersissima composicio, illis quippe ex capite grauaminum, his contra ex capite amnestiae potissimum compositis, cuius rei quam sit discrepans vis, et diuersus ad rem publicam habitus, tum aliumde notum est, tum in primis ab HOFMANNO, viro in his rebus vere magno, in libello de die decretorio §. 23. sqq. proprie ac scite demonstratum. Ac ne rem dimittam sine exemplo, decerpam eiusmodi, quod et gratissima animi mei voluntas, et incundissima Franconicarum rerum recordatio depositare ac velut efflagitare videatur. Inter alia igitur complura denuo quaerentes meo tempore memini, anno monasterium saltum Kitzingense, obiecto licet Art. IV. §. 23. de amnestia, tamen quod eius possessione



possessione Catholici anno normali exciderant, ex capite grauaminum regulaque Art. V. §. 25. vniuerse constituta repeti queat. Sed quo hac de causa ex tot voluminibus actorum nihil dicam amplius, reiue euangelicae patrocinium, quo in primis post iurisconsultorum Tbingensium studia in Select. Norimb. To. I. et II. nequaquam est opus, nunc non suscipiam, ille Art. IV. §. 23. huic opinioni utique contrarius est, et quod olim HENNIGESIUS adeo (iure an iniuria, non definiuerim) in Medd. ad h. l. p. 83. genti Brandenburgorum Franconiae opprobrio vertit, caussam Kitzingensem omnem ad controuersias ex capite amnestiae dirimendas retulit. Quo loco cum monasterium illud planis verbis commmoretur, ego quidem haut video, qui exceptum esse possit, aut ad aliud controuersiarum genus referri debeat. Certe, quod LIMNAEVS, qui hoc caput pacis ceteroquin egregie explicuit, To. II. Add. ad ius publ. lib. V. c. 7. §. 72. p. 383. monasterium ibi relatum esse coniicit certo tantum respectu, nempe restitutionis, non autem caussae petendi restitutionem, quod partes constituentes de iure Dominorum Marchionum in hoc monasterium dubitarent, ideoque illud prius deducendum esse arbitrarentur, id igitur profecto est nihil, ac repugnat tum actis pacificationis, tum iis etiam, quae auctore MOSERO in der Erl. des W. F. To. I. p. 232. post pacem in iudicio acta sunt.

Itaque secreto vtroque controuersiarum genere in iis, quae ex capite amnestiae compositae fuerunt, tenendum est, occurrere quidem multas, quae inter plures eiusdem factionis ad seclas inciderant. Ceterum tamen et res ipsa loquitur, genus vniuersum inter binas bellantium partes proprie extitisse, et potest hoc etiam ex Art. III. §. 1. facile effici

= = = = =

17

effici, ex cuius quidem scitis iuxta vniuersalis et illimitatae
Amnestiae fundatum vniuersi et singuli S. R. I. — Sta-
tus — quibus occasione Bohemiae Germaniae motum vel
foederum hinc inde contractorum AB VNA VEL ALTERA
PARTE aliquid praeiudicii vel damni — illatum est — restituti
junt plenarie. Vnde per se ac necessario consequens est, ut
haec generalis regula neutiquam pertineat ad eos, qui, cum
eisdem alioquin illo belli tempore fouverent partes, per hanc
forte occasionem inter se adeo ipsi res nouas moliti fuerunt.
Quod ne temere aliquis et cum per se intelligatur, sine
caussa admoneri a me dicat, hei! quam non saepe in cauissis
publicis negligitur. Inter Euangelicos quidem in Palatina-
tu recte hoc aliquando obseruatum To. XXX. der STAATSC.
p. 48. sq. reperio. Aggeres contra Noricorum, qui tot no-
stra aetate lites pepererunt, atque aliis longe armis et debent
et possunt eueri, in iure ipso inter alia apud SCHNITZLINVM
in Sele&is Norimberg. To. I. c. 7. ex illo loco maxime
oppugnatos legimus, quod tempore belli tricennialis con-
diti, atque adeo ex lege amnestiae post pacem deiiciendi
fuerint. Sed locus ab hac caussa plane est alienus, faten-
dumque videtur, in summa licet animi mei erga Brandenburgi-
cos pietate et voluntate obstrictissima, ingenue et quodam-
modo necessario, hoc quidem argumento contra illos nihil
profici. Sane, quod nuper NEGELINVS quidam, aut quem fa-
ma potius auctorem libelli ferebat, Celeb. HOFERVS de iure
muniendi liberarum S. R. I. ciuitatum cumprimis Norimber-
gae §. 5. ausus videtur, negari non potest, aggeres illos iuri
Brandenburgico haut parum detrahere, institutos quippe inter
arma turbasque contra antiquum vrbis statum in territorio,
quod Brandenburgorum esse Norimbergenses satis nossent,

C

et



et SCHVYZIO auctore in Corp. histor. Brandenburg. To. I. p. 137. sqq. ipso illo belli tempore Suecorum ope atque interuenitu ab iis obtinere frustra tentassent. Verum utriusque tamen, et Brandenburgici et Norimbergenses, Suecos fuerant securi, Noricique adeo, quamcumque demum aliam instituti caussam habuerint, aggeres tamen illos potissimum Suecorum et communis rei Evangelicae caussa ad reprimendos hostium imperus extruxisse videri voluerunt.

Ceterum per se patet, nec praceptione vlla opus habet, illa regula teneri omnes diuersarum factiōnum adseclas. Contra vero, quae de singularibus caussis constituta sunt, ea ius faciunt tantum inter partes, nec valent adeo, nisi de iis, inter quos actum adparet, nisi res forte iuris sit vniuersi, cuius inter singulos propriis tantum ex caussis injecta mentio. Notandum hoc in primis de Art. IV. §. 17. *Liberam Imperii Nobilitatem per Franconiam, Sueviam et Tractum Rheni cum districtibus appertinentibus in suo statu immediato inniolate relinquat.* Quo quidem loco cum haue ita pridem nobiles imperii aduersus Wurtenbergicum aliquaque Ordinum libertatem suam tueri coepissent, erant statim, qui particularē sanctionem dicerent, quae a Palatinis ad alios transferri nequiret. Sed quod de Palatinis potissimum haec cautio adiecta, eius quidem rei peculiares erant rationes, ex parte iam ab ESTORE nuper nostro de jurisd. cur. client. p. 66. tq. notatae, tum quod Palatini, ve inter alia libellus quidam apud LONDORIUM To. II. A&T. PUBL p. 584. sqq. prodit, sub initium belli tricennalis non sine multiplici nobilium querimonia longe sibi plura, quam quae leges feudales ferunt, in eos summis viderentur, tum quia Wildfangiatus iure nobiles Carolum Ludouicum cum detrimento

mento rei vicinæ porro vñrum haut vano om̄e augurarentur, et quæ postea accidisse ex Actis Comprom. Heilbronn, p. 41. constat, velut prospicerent, tum denique quod Bauari, a quibus cautionem rogatam esse To. IV. ACT. PAC. p. 355. reperio, vires Palatinas omnibus modis attritas cuperent. De cetero autem ipſa pace Art. IV. §. 1. cautum, vt, qui exp̄ſſe non nominati aut expuncti eſſent, propter ea pro om̄isſis vel exclusis non haberentur, tantumque adeo abeft, vt propria illa et singulari ſanctione Art. IV. §. 17. pacificatores officium, quod ex Art. III. §. 1. et Art. XVII. §. 10. 11. in omnes redundat. ad Palatinos folos redacturi fuerint, vt potius, ne ex amplissimo opere pro libertate nobilitatis scripto (*Verteid. Freyheit und Unmittelbarkeit des H. R. R. Ritterschafft*) To. I. p. 839. aliquid amplius vrgem, potissimum legatus ab Electore Brandenburgico To. IV. ACT. PAC. p. 403. illam ſanctionem, quod iuris communis ſit, in cauſa Palatina noluerit admittere his verbis: *Dafs die Reichs-Ritterschaft bey dero ibnen von Rechtswegen competitenden Privilegiien und Immunitaten manuteniret werde, ſey vor ſich ſelbst billig, man wüſte aber nicht, wie es hiebin gezogen, ſondern koente per clausulam generalen ſuo loco dem Instrumento Pacis einverlebet werden.*

Transamus nunc ad alterum controværſiarum genus, cui pax Weltalica ex capite grauaminum medelam parauit. Ac de profanis quidem nihil videtur magnopere dicendum, niſi, quod dudum conſtat, harum compositionem pacto Cæſaris et Ordinum contineri, aut quod forte euidentius eſt, de his rebus Cæſarem cum Ordinib⁹ tranſegiſſe. Nam eti Euangelicorum ſtudiis haec quoque compositio maxime perfecta fuit, factum tamen hoc eſt propriis de cauſis, de quibus nunc non attinet dicere. Ceterum nec ſoli ſibi ſtipulati



pulati sunt, qui cum Catholicis adeo de his rebus saepius
 v. c. To. II. ACT. PAC. p. 260. consilia conferenda censem-
 rent, neque etiam ad se solos potuerunt pertrahere, quae
 adficerent omnes sine discrimine sacrorum, atque in pacifi-
 catione ipsa communi nomine grauamina imperii (*Reicks-*
Grauamina) nuncupari solerent. Quod vix admonuerim, ni-
 si norim, in constituendis pacificantium partibus, quarum in
 superiore libello p. 28. sq. adcurata cognitione adeo ad in-
 terpretandum opus dixi, saepius errari, easque vniuersitate ita
 semper distribui, ut in pacificando una vbiique Imperatori et
 Catholicis persona, altera Suecis atque Euangelicis imponatur.
 Plurimis quidem locis hoc valet, neque negauerim, quod
 To. I. ACT. PAC. p. 739. pluribus obseruatum est, in con-
 denda pace rem plerumque hoc modo atque his aetiam esse
 partibus, ut mirum fere videatur, qui tandem Sueci Art. I.
 vocabulum illud *respectiue* admiserint, quod suarum parti-
 um adseclis adscriptum est ad discernendos eos, qui cum
 Imperatore fecerant, quasi hi maxime corpus Ordinum aut
 commune Imperii constituerent, quocum Sueci toto illo
 pacificationis tempore adeo negarant bellum sibi fuisse, (ge-
 stum hoc quippe cum Imperatore et Ligistis dictitantes)
 ut ADAMO in Relat. hist. c. X. §. 13. et PFANNERIO in
 Hist. Pac. lib. II. §. 37. ac lib. III. §. 53. auctoribus Ger-
 maniam Imperiumue no commemorari quidem inter bellan-
 tes cuperent, atque ipsam aliquando Pomeraniam hac potissimum
 ex caufsa non nisi bona Brandenburgicorum pace se
 accepturos esse Austriacis To. III. ACT. PAC. p. 752. signi-
 ficarent. Quidquid vero sit huius rei, tum Art. VIII. §. 1.
 2. 3. 4. tum aliis adhuc exemplis, si opus quidem fuerit
 facile potest doceri, eamdem non vbiique esse rerum ratio-
 ne.m

nem, sed alias passim esse paciscentium partes, estque adeo singulis semper in locis, quinam proprie parti fuerint, accurate dignoscendum.

Sed progrediamur ad controversias ecclesiasticas, quae alteram grauaminum formam constituant. Quo loco ante omnia querendum est, quae qualesque fuerint. Atque in hoc conspirant omnes, ortas esse inter viriusque religionis cultores ex re ecclesiastica et discrepanti Transactionis Passauensis Pacisque religiosae interpretatione, idque ostenditur etiam tum toto illo articulo quinto, tum vero etiam innumeris actorum locis, quae nunc sine causa repetere animus non est. Sed quaeri tamen nostra aetate coepit distinctius, quinam fuerint proprie, inter quos et agitatae illae lites et compositae fuerint. Atque hic quidem ab Auctore *Obſ. de iur. polit. et eccl. ciuitat. imp. p. 13.* in primis vrgent prooemium articuli quinti, quo ipse alios alibi p. 22. inepte in interpretando vii statuit. Nam cum illo in loco *grauamina*, quorum compositio subiuncta, *inter utrinque religionis E-lec-torem, Principes et Status Imperii versa* dicantur, ex his quidem verbis atque ex initio pacificationis, quod a veteribus, variisque olim in comitiis imperii in primis An. CICLXXVI. CICLXXXVI. et CICLXXXII. et CICLXXXI. iustitatis Ordinum Euangelicorum querelis duetur air, ille sic disputat, vt *in pace Westfalica non decisas statuat controversias ex pace religiosa natus, nisi quae coniunctiter inter partem Catholicam et Protestantem venitilatae fuerint.* Quod quoniam de controver-sis dicitur, per se possit admitti, modo idem p. 11. *pacem religiosam* hanc addiderit *pace Westfalica non modificari, nisi, ubi eius sensus in controversiam vocatus fuerit,* atque hanc adeo p. 7. ex regulis iuris communis de correctoriis explicari ve-



lit. cum etiam porro p. 13. ea, quae singuli forte statuum, p^raeter asserta comitalia statuum suae religionis consortium, factis, scriptis, dictis contra constatum sibi sumserint, hac pace definita neger, omninoque eo rem deducere videatur, vt iura ciuium, quod e numero compacientium non fuerint, calide interquerrat. Iam quod ad posterius attinet, otium nobis fecit STRUBENVS, quem, dum haec scriebam, mortuum nunciabant, vti vixerat, sapienter, ingenio, doctrina, sanctitate, maximarumque virtutum humanarum laude immortalem, vt in eo natura exemplum fere iurisconsultis propolitura fuisse videatur, quod omni tempore aemulenter. Is igitur, quem cum adolescentulus mature coepissim suspicere, indulgentissima posthaec in me voluntate cognoui, mortuumque colam semper, caussam ciuium in den rechil. Bed. To. III. p. 349. locisque ibi laudatis contra calumniam incerti auctoris adeo defendit, vt in disputatione magni viri conquescere, quam verbum dictis addere longe videatur satius, praesertim cum ad praefentem quaestionem proprius non pertineat, sed ad vim termini decretorii in rebus profanis, de qua supra dictum est. Sed de prioribus paullo subtilius dicendum.

Itaque, vt liberaliter et ingenue res agatur, concedendum quidem est aduersariis, quod in Relat. histor. c. VIII. §. 9. iam ADAMVS animadixit, resque etiam, historiae et orationes Euangelicorum To. I. ACT. PAC. p. 714. sqq. ac To. II. p. 522. satis loquuntur, a veteribus illis Euangelicae partis quarelis ortam maxime fuisse pacificationem, quam relictis adeo conquerendi caussis Euangelici numquam aut perficiendam, aut perpetuam futuram contendenter. Ceterum vero, ne erretur, probe tenendum est interpreti pri-
mum

mūm, non omnia, i^l quae celebratissimo illo articulo de compositione grauaminum ecclesiasticorum contineantur, ex pace religiosa repeti posse, sed praeterea quoque dilatatam esse pacis formulam; ac recte adeo Euangelicos aliquando apud SCHAVROTHIUM To. II. p. 35. Pace Westfalica non tam coangustam religiosam, quam potius amplificatam contendisse, adiectis quippe quamplurimis, quorum vestigium nullum in pacis religiosae tabulis reperiri potest. Sola quidem illa *mutua et exacta* religionum aequalitas, quam Euangelici Art. V. §. I. demum impetrarunt, abunde significat, noua multa, quorum in tanta rerum copia ne exempla quidem videntur propoundeda, hoc capite constituta esse, nisi forte, quod a Canonis Osnabrugensisbus To. XII. der N. STAATSC. p. 276. sq. haut ita pridem fieri meminimus, cum BANNIZA de subsid. interpr. doctrin. p. 21. aut BARTHELIO, quem quidem in summa animi erga omnes aequitate tale quid opinari potuisse vix credibile videtur, To. I. Opusc. p. 574. praecaram illam nostra adhuc aerate constituas regulam, vt, *quidquid Protestantibus non sit expresse concessum, id omne veniat probatum, Catholicisque adeo, quod non fu erit nominatum ad emendum, illud maneat intactum*, cum e contrario potius, postquam illa aequalitas religionum, quatenus formae Reipublicae, constitutionibus Imperii et praesenti conuenioni conformis est, ab Euangelicis impetrata fuit, ita debebas rationes subducere, vt, si quid sibi Catholicci praecipue sumerent, id, vbi dubium esset et incertum, argumentis et rationibus probarent.

Evidem satis noui, Auctorem Observationum, quem supra commemoravi, aduersari hic per omnia, et ne hoc sine praefatio aliquo legum facere videatur, p. 11. in primis ex

Art.



Art. V. §. I. pugnare, quo quidem Pax Westfalica diuerso et plane discrepante a noua legislatione vocabulo *declaratio pacis religiosae* dicatur. Sed ut diruatur haec arx opinio-
nis, ex HENNIGESII Medd. ad I. P. p. 192. repeti deberet, neuti-
quam captandum esse illud *declarationis* verbum, sed expli-
candum potius ex mente et consilio legatorum, qui cum
non subtiliter vbiique loqui, aut verba semper ad regulas
scholasticas exigere solerent, per negligentiam aliquam scri-
bendi, quae in formalis pactorum ac foederum publico-
rum perquam est frequens, solum hoc loco posse, quod
paullo post eodem illo capite §. 50. cum *transactio* ita
coniunixerunt, ut vtriusque causam adcurate fecernerent.
Neque opus est etiam hac velut excusatione legatorum. Illo
enim loco locuti tantum sunt de correctione aut declaratio-
ne pacis religiosae, quam in reliquis capitibus perpetuum
ante futuram dixerant, nec verbis adeo opus erat ibi amplecti,
quae, ut ita dicam, *praeter* illam pacem inter vtramque par-
tem conuenerant. Quo magis ergo abstinendum est a ve-
natu omni vocalumarum, atque ex re potius ipsisque tabulis
tenendum, Pace Westfalica sustineri quidem Religiosam, cui,
quemadmodum in ipsis ACTIS PACIS To. II. p. 601. 605.
et To. III. p. 366. scriptum inuenio, tamquam fundamento
cuidam aedificium nouae pacis imponendum et ab vtraque
adeo parte inhaerendum censuerint legati, sed eam tamen,
ut verbo vtar aduersarii, dupli ratione modificari, ac pri-
mum quidem sic, ut Westfalica multa Religiosae capita, quae
controversiis locum fecerant, vel addendo vel detrahendo cor-
rigat, deinde vero hunc in modum, ut de re ecclesiastica
inter veramque partem multa constituat, quae pax religiosa
plane ignorat, et status demum rerum, qui sub exitum fune-
stissimi

missimi illius belli erat, salutis communis causa exegisse a legatis videatur.

Atque ex his quidem, quod altero loco dictum velim, facile poterit iudicari de iure correctorio, quod ex pace ille nostra p. 7. efficere conatur. Nempe quod attinet ad ea capita, quorum initia ex pace religiosis ducuntur, concedi quidem potest, quod ille contendit, legem esse correctoriam, iisque adeo aestimandam regulis, quibus natura ioris correctorii regitur. Sed in hoc ipso tamen magna adhibenda est cautio. Etenim quod ex iure ille ciuilis aut priuato de legibus correctoriis strictaque earum interpretatione disputat, id hoc loco quidem nullo modo probari potest, multoque adeo minus efficitur ex actis pacis, in quibus licet legati saepenumero pro consuetudine aetatis suae auctoritate legum iuriisque ciuilis interpretum ad comprobandas opiniones suas inter disceptandum vni esse reperiantur, rem tamen ipsam neutriquam componendam aut exigendam putauerunt ad normas legum ciuilium, quas ipsi illi deinceps Art. XVII. §. 3. contra formulam pacis ne commemoraci quidem voluerent. Ac nescio fere, annon ineptum sit, atque a vera natura pacis, quae inter binas Ordinum partes tamquam inter dueros quosdam populos sui juris atque ab omnibus imperio ciuali liberos inita fuerit, plane abhorreat, vim paectorum iis metiri et aestimare ex legibus, quibus iura feloniarum, parietum, stillicidorum regantur. Evidem ita semper existimauit, animumque induxit meum, ut correctoria illa pacis capita stricte quidem interpretanda crederem de rebus substratis, vt aiunt, sed ex aequo ac bono, et quemadmodum decet probum virum, sic, vt sine aucupio verborum ac syllabarum mens potissimum et consilium

D

pacifi-



pacificantium inspiceretur, lexque adeo, prout legatos plus
 minusue scripsisse, quam egisse adpareret, aut par esset rerum
 ratio, aut alia denique iusta causa adesset, interpretationem
 verbis modo latioriem, modo angustiorem reciperet. Nam
 inter priuatos adeo plus valere semper debet, quod aetum,
 quam quod scriptum est, et qua de re paullo post pluribus
 dicetur, legati ius aliquod vniuersum de diueris religio-
 num iuribus condituri fuerunt, vt ne dicam tandem, mul-
 ta, quae primum pace Westfalica constituta sunt, ita esse
 comparata, vt rem sacram vniuersam adficiant, atque effi-
 ciant adeo, vti reliqua capita, quibus pax religiosa correcta
 fuit, sic debeant intelligi atque explicari, ne illis aduersen-
 tur. Facile fuerit, quae dicta sunt, illustrare multis exem-
 plis, in primis referuato ecclesiastico, de quo 'Fo. II. A.C.T.
 PAC. p. 640. sqq. longa est atque ex penu etiam juris ciui-
 lis instrueta legatorum disputatio, nisi putarim per se omnia
 intelligi. Itaque admonendum tantum est adhuc obiter ac
 fere attingendum, ne quid omissum videatur, in noua illa
 pacis Westfalicae capita plane non cadere notionem iuris
 correctorii, adeoque in his multo adhuc magis deserendam
 esse illam incerti auctoris opinionem, atque ita potius ver-
 sandum, quemadmodum fieri debet in aliis legibus, quae
 ius nouum idque commune faciunt.

Sed quoniam de compositione controuersiarum ex pa-
 ce religiosa subortarum dictum est, age, quaeramus ter-
 tio, inter quos agitatae fuerint. Ad hanc enim quaestio-
 nem ex principio Art. V. ille p. 13. sq. sic respondet, vt
 singulorum de hac pace controuersias, si quae praeter co-
 mitiales illas virtusque partis rixas fuerint, in composi-
 tionem venisse negat. Quod oppido fallium est, ortumque ex
 eo

eo, quod singulos Ordinum eatenus ex utraque parte non stetisse arbitratur, nisi subditos qualificatos Corporis Germanici, h. e. vt opinor, quod in pacificando singulorum non ampliores fuerint partes, nisi quas in communi Germaniae constituendo explerent, adeoque non tam pro se quisque aut priuatim suo nomine et ex caussa sua, quam potius publice et vniuersae partis sua iure paciscerentur. Esto vero hoc vel maxime. Neque enim lubet disputationem hac de re ingredi, quae licet sine circumscriptione aliqua defendi non possit, in praesenti tamen opinionem contrariam ne villo adiuuare quidem modo videtur. Sit igitur plane verum, quod ille ait. Hoc vtique exemplo perspicue intelligitur, quam opus sit singulis locis diligenter circumspicere, quinam et quomodo pacti fuerint. Itaque hanc compositionem inter se quidem inierunt vniuersi viriusque partis Ordines, nec de iis vero solis, de quibus in comitiis quandam inter viriumque corpus disceptatum fuerat, sed cum de pacanda omni Germania agerent, quae res sine conciliatione singulorum impetrari non poterat, eo potius intenderunt animos, vt, quaecumque demum essent de re ecclesiastica diuersarum partium contentiones, eae hac pace exitum haberent, adeoque quod singulorum non erat, id perfecere vniuersi, vt singuli etiam compositis inter se dissidiis ad otium et concordiam redigerentur.

Equidem non opus existimo quaerere, an iure hoc factum sit. Neque enim potest cuiquam iniustum videri, quod cum ex ipsa societatis indole consequatur, tum vero propria quadam Transactionis Passau. constitutione §. 34. satis defendatur, quo quidem loco, vnde nostra adhuc memoria Euangelici apud SCHAVROTHIVM To. I. p. 79.



sq. ius interueniendi pro suis rechte repetierunt, inter alia
 caurum est, das wir vnd sie, h. e. Augustus Ordinesque,
 auch unsere vnd ihre Nachkommen alsdann dem andern Theil,
 so wider diese Vergleichung vnd Vertrag beschwert würde —
 gegen den andern Theil — nicht allein keinen Rath, Hülfe
 oder Beystand leisten, sondern auch dem andern Theil —
 wider den andern — Hülfe und Beystand leisten wollen.
 Demonstrandum est potius, vere rem hoc modo perfectam
 esse. Itaque ipse Imperator, ne quid eorum, quae proximo
 libello de consilio pacificantium ex actis relata sunt, hoc lo-
 co repeatam, non modo per legatos PFANNERO auctore in
 Hist Pac. III, 41. semel iterumque tum confessus fuit, ex-
 spiranda esse discordiarum semina, ne in nouam similitudinem
 odiorumque herbarum excrescent, et fida transactione compo-
 nendam taurorum tamque diuturnorum tumultuum causam,
 sed etiam de discrepante pacis religiosae interpretatione apud
GAERTNERVM To VI. der W. F. C. p. 449. ita seis man-
 dusse legitur, vt voicerum controveneriarum genus com-
 prehenderet. In primis vero sub initium statim pacificatio-
 nis hac de re gratis fuit oratio Euangelicorum, quam paulo
 licet longiorem adscribere non dubitem. Posteaquam
 igitur exposuerant, quibus maxime modis vim sibi et iniuri-
 am a Catholicis fieri putarent, deinde To. I. ACT. PAC.
 p. 822. his porro vxi sunt verbis: diese vorhergehende Gra-
 uumma nur waeren mit viel mehrren Vnstaenden und Fun-
 dimentis an und auszuführen, und tam in genere quam in
 specie andere viele Beschwerden mit gutem Grunde beyzubringen,
 welches aber noch zur Zeit verbleiben, und bis zu ekeß
 verbhoffender gütlichen freundlichen Unterred- und Vergle-
 chung jenen Aufstand haben mag, und seynd obn das alle vor-
 gesetzte

= = = = =

gesetzte Punkten und denselben annezirte Postulata, nach Gelegenheit der Handlung *falso iure adiendi, minuendi et detrahendi* zu verstehen. Unmittelst erkennen die Euangeliſchen, daß die Roemische Kayſerliche Majestät, wie auch Hochgedachte Löbliche Cronen, die Reichs Grauamina ohne fernere Verweilung bey diesen Tractaten gerne beygeleget ſehen, nochmals mit ſchuldigstem Dank und Rubin, leben auch der gewißen Zuverſicht, es werden die Herren Roemisch-Catholischen nicht geſonnen ſeyn, ihre hißher geführten Extremitäten, darüber gantz Deutschland betrübet und elendiglich zerſtoeret iſt, noch ferner zu inhaeriren, Jondern vielmehr Belieben tragen, durch freundliche, Christliche, gütliche Vergleichung über den von ihnen erregten Dubius des Religion-Friedens, ohne Verzoegerung, ſich also mit den Euangeliſchen zu vereinigen, daß der im Prooemio des Religion-Friedens exprimirte ſuus erlanget werden, und ein jeglicher wiſſen moege, was er ſich zu dem andern zu verſehen habe, ohne welches, der lieben Vorfahren hochvernünftigen Meynung nach, nicht moeglich, daß Friede und Ruhe erhalten werden koenne, jondern nothwendig Krieg und endicker Untergang erfolgen müſte. — Euangeliſchen Theils ſucket man anders nichts, als was auf Recht, Billigkeit und beſtaendige Rationen gegründet. Wünſchen und begehrn von Hertzen mit ihren lieben Reichs-Mitgliedern, ungeachtet des Untereſcheids der Religion, in redlichem Deutſchen Vertrauen, Friede und Einigkeit zu leben, bijs Gott Gnade giebt, daß ſie in Einigkeit des Glaubens und der Wahrheit zu uns treten, und aljo heyde Theile eine Heerde unter dem einigen großen Seelen-Hirten Christo Iesu werden und verbleiben mögen, et quae porro insequuntur.

D 3

Enim uero



Enim uero haec omnia disputauit etiam propterea, vt alia adhuc quaedam opinio incerti auctoris corrueret. Necdum enim dimittendae sunt illae obseruationes, sed corollarii quasi loco addendum quarto videtur, falsum esse, quod p. 25. et 32. perhibet, in Pace Westfalica neque esse regulam, neque exceptionem, genus aut speciem, sed secundum causam, ob quam dispositio facta, de proxime adjunctis omnis accipienda. Cuius opinionis falsitas cum ex superiore disputatione facili adpareat, tum vero etiam ex ipsa pacis formula facile demonstrari potest, qua quidem Art. XVII. §. 2. pro maiore omnium et singulorum pactorum firmitudine et securitate constitutum est, vt haec transactio perpetua sit lex et pragmatica Imperii sanctio, obligans non minus abeentes, quam praesentes, Ecclesiasticos aequae ac Politicos, sive Status Imperii sint, sive non, aequae tam Caesareis Procerumque Consititutiariis et Officialibus, quam tribunalium omnium iudicibus et Affessoribus, tamquam Regula, quam perpetuo sequantur, prescripta. Atque hunc quidem locum pacis vel obiter incuenti, nescio fere, annon mirum cuiuis videatur, qui demum in tanta rei evidentia vir ceteroquin longe doctissimus ingeniique peracutus ad eiusmodi ostentum fere opinionis desicere potuerit. Nam vt ne quid dicam amplius, aut oppugnem forte incertum auctorem ex illis maxime, quae in ACT. PAC. To. II. p. 206. et p. 488. de quibuscumque legis transgressoribus deferendis aliquoties rogata sunt, quamquam hanc ad rem permagnam utique vim habent, sola illa regulae vox ius aliquod commune et uniuersum indigitat, quo in re sacra et ecclesiastica discrepantes Ordinum partes imposterum regi debeant. Neque existimet aliquis hoc pertinere tantum ad casus expressos, vt aiunt, caussalue, quae planis verbis commemo-
rentur

—

renur, sic, vt ab vno ad alterum, a genere ad speciem et
sic porro concludi nequeat. Etenim vt haec ratio non va-
leat, facit auctoritas legatorum ad exsequendam pacem, qui
cum essent, vt ipse p. 50. ait, facultate interpretandi instru-
eti, R. E. §. 3. sq. grauissima sanctione edixerunt, dass die
casus liquidi ab illiquidis zu separiren vnd dergestalt zu for-
dersamster Richtigkeit zu befoerdern, dass die Casus liquidi,
welche entweder in dem Instrumento Pacis specialiter vnd mit
Nabmen aufgedruckt, oder doch vnter denen REGVLIS GE-
NERALIBVS unverneintlich begriffen — eroertert — vnd alles
dergestalt vollzogen werden solle, dass keiner, DER EXPLI-
CITE ODER IMPLICITE DARINNEN BEGRIFFEN, sich
alsdann zu beklagen haben moege, ALLES NACH INHALT
DES INSTRUMENTI PACIS. Tum etiam obest notissi-
mus ille locus R. I. N. §. 191. vorderist sollen die erforderly
requisita restitutionis, vnd dass der Casus dem Instrumento
Pacis, Kayserl Executions- Edict, arctiori exsequendi modo,
Nürnbergischem Recess, oder in denen Faellen, so durch den
Friedensschlus nicht geändert, dem Religion Frieden gemaeß,
consequenter ad punctum restitutionis ex capite Amnestiae vel
Grauaminum qualificirt seyn, bewiesen werden. Ex qua con-
stitutione, quam quidem post alios inprimisque post KORT-
HOLTV M de abusu doctrinae, quod in caussis P. W. ex-
secutio circa processum locum habeat §. 48. sqq. hant ita
pridem HASIVS V. A. in der rechtlichen Eroerterung einiger
Frägen aus dem W. F. §. 110. sqq. bene explicuit, (nam
quidquid etiam de reliquis doctrinis viri subinonendum vi-
destur, id hoc non pertinet) satis intelligitur, scriptas viri
que fuisse hac pace regulas, ad quas rerum singularium judi-
cia deinde dirigerentur, vt ne repetam quidem, quae Art. V.

§. 30.



§. 33. de regula obseruantiae anni CICIOCXIV. constituta sunt.

His igitur ita confessis per se intelligitur tertium interpretationis praesidium ex hoc genere, scientia videlicet legum et conuentionum imperii antiquiorum, quas aut memorarunt legati, aut addendo detrahendoue correxere, aut omnino denique, tamquam quae ius certum et expeditum proderent, in pacificando secuti sunt. Ac de Pace Religiosa quidem et Transactioⁿe Passagiensi, quae cum illa semper coniungitur, et quemadmodum luri*consulti* in primis Tübingeres contra aduersarios To. XIX. der STAATC. p. 95. praeclare aliquando docuerunt, parem vim habet, ob superiorem illam disputationem plane hoc dubium esse non potest, cum non modo initia quasi pacis Westfalicae habeat, ut quam Sueci redactam in tabulas secum semper habere solerent, sed quod ab Euangelicis aliquando apud SCHAVROTHIVM To. I. p. 791. grauiter admonitum fuit, ipsoque Art. V. §. 1. et R. I. N. §. 191. satis comprobatur, condita etiam pace in rebus non correctis ius inter partes faciat. Tum ne in re expedita diuinus haerere videar, praeter reliquias omnes in primis etiam Ordinatione Exsec. et Pace Publica, qua quippe ad religionem transferenda legati potissimum pacem religiosam condiderunt, interpres carere non potest, sed ad intelligendas explicandasque constitutiones pacis sae. penumero opus haber, quod alio iam loco in libello de Grauam. relig. §. 17. sq. aliquot exemplis me comprobare memini. Nec potest hoc in vniuersum cuiquam dubium videri, qui hac pace non tam conuersam mutataque antiquam imperii formulam, quam potius communis salutis et securitatis caussa diligentius descriptam et constitutam, compressil-

que

= = = = =

33

que adeo turbis et tumultibus bellicis nouam vim legibus
additam fuisse recordetur.

Sed ne plura dicam, nonnumquam subobscurum vi-
detur et perdifficile ad definiendum, quae lex proprie in-
telligatur. Cuiusmodi exemplum Art. V. §. 55. in primis
proditum est, vbi Ordinatio Camerae commemoratur, sed
a Catholicis Euangelicisque varie explicatur, illis maxime
antiquissimam An. c1555 ex c1555 conditam, his contra re-
centiorem, quae post diuortium religionum senatusque in-
stitutos An. c1555 scripta est, subintelligentibus, cu-
ius rei quae vis sit in primis in definienda quaestione de voto
decisiō iudicis cameralis, satis constat. Sed nescio fere,
an certo quidquam hac de re aut adfirmari aut negari queat,
non tam, quod dilapsis ad discrepantem interpretationem
Ordinibus, vt zwirlinus V. A. in den Brief. über die
Verbeff. des Lüftitzwesens am Cammerger. p. 208. sq. arbi-
tratur, homini priuato non amplius hac de re iudicare,
et quid sibi maxime verum videatur, effari liceat, quam
potius propterea, quod ipsi conditores pacis, quamquam
verbis tandem congruebant, re tamen et sententiis discedisse
inter se ac discordasse videantur. Quod si quidem legeris,
quae hac de re ex actis et commentariis legatorum HASIVS
in den Patriot. Gedank. von des Herrn Cammer Richters voto
decisi. in primis §. 61. sq. magno studio congeffit, aut RIEFE-
LIVS V. C. in den krit. Staatsbetr. To. II. p. 10. sqq. bre-
uiter deinde commentatus est, possit fieri, vt, quod ex no-
stris etiam HENNIGESIVS, GVNDLINGIVS aliique fece-
runt, antiquissimam illam Ordinationem amplectaris. Ve-
rum quaecumque illi demum ex actis adferunt, ea sunt pro-
fecta a Catholicis, quos quidem in aequalitate suffragiorum
^{suppis} E judici



iudici Cameræ potestatem decernendi vindicatores suisse
 constat. Euangelicos autem alia omnia contendisse, et illi
 fatentur, et ostendunt etiam ACTA PACIS planissime, vbi
 inter alia To. V. p. 489. scriptum: mit der Herren Kaiser-
 lichen Vorschlag seyn wir nicht verfahret, da der Cammer-
 Richter bey der paritate votorum den Aufschlag in Politius ge-
 ben solle, itemque: dieweil das ganze Fundament der Tra-
 staten auf einer Aequalitat bestehet, und dass kein Stand die-
 ser oder jener Religion zugethan vor dem andern einen Vor-
 theil habe, so koenne man denen Catholicis in puncto iustitiae
 vor denen Euangeliis keinen Vortheil eiurdeuenen. Quapropter
 Ordines Euangelici, quorum adeo ex rogatione To. V.
 ACT. PAC. p. 481. formulam tandem perscriptam suisse ipse
 HASIUS d. l. p. 51. fatetur, profecto non potuerunt intelligere
 caput Ordinationis antiquae, quod ea, quae contenderent
 quam maxime, penitus euerteret, atque adeo, quod non est
 praeterendum, tum recentiore nulla Ordinatione, in primis
 ea, quae An. CICIOLV. condita fuit, atque ex adcurata anima-
 duersione SENKENBERGII, primarii nuper viri, in Obs. de
 iud. cam. hod. §. 27. iudicio camerale nouam plane formam
 dedit, iniecta licet cassiae mentione repetitum, tum vero
 etiam, uti partim ap. SCHAVROTHIUM To. I. p. 291. ab Euan-
 gelicis, partim ab HARPRECITO, Venerando Sene arque au-
 tore in primis idoneo, in dem Staatsarzb. des Kaiserl. R. Cam-
 merger. To. II. p. 70. obseruatum fuit, inde a senatus in-
 stitutis comprobatoque ipsis legibus religionum discidio pla-
 ne extra usum constitutum esset. Catholicos vero quod a
 postulato numquam discessisse ajunt, id non efficit, ut secun-
 dum eos locus explicari possit aut debeat, cum Euangelicos
 quoque nihil de tuo remississe toto illo actorum loco repereris,
 estque

estque adeo longe mihi probabilius, legatos ad extremum,
 quod sive ipsius pacis vtcumque tandem habendae caussa fecerunt,
 de consilio adquievisse in verbis ambiguis, quae per se
 quidem speciem aliquam compositionis referrent, sed pro
 vtraque dein parte explicari possent, praesertim cum de hoc
 rerum genere in comitiis imperii proximis diligentius actum
 iri noscent. Itaque Catholicos quidem crediderim facile §. I.
 aut quissimae illius Ordinationis in animis habuisse, Euangelici vero hanc dubie intellexere recentiorem, quam hoc
 nomine plerunque ac per eminentiam dici, atque inter pacificandum aliis etiam locis, vt in primis To. II. A C T. P A C.
 p. 489. comminoranda requisitione, ab illis in auxilium vocata constat. Nec dixerim, vt hoc obiter tantum attin-
 gam, temere laudasse legatos legem, quae plane non ha-
 beret, de quo quaererent, sed ex P. I. tit. 13. §. 10. potius
 in eiusmodi caussis tandem agendum statuisse, donec de sen-
 tientia tandem conueniret. Quod ipsum licet ex argumen-
 to magis verborum: sich einer Vrtheil zu vergleichen, quam
 cum MAIERO To. I. des geistl. T. Staatsr. p. 308. fqq. ex
 verbis ipsis ducendum videatur, neque rem etiam plane
 conficiat, tum tamen ad pacem obtinendam sufficere poter-
 at, cum et raro admodum euenerit constaret, vt nihil pror-
 fusa compositionis impetrari queat, et si quando euenerit,
 futuro adhuc tempore modus rei semper reperiri posse
 videretur.

Dicendum nunc erat de historia pacificationis, quod
 ultimum est interpretationis praesidium ex genere historico.
 Sed hunc locum, cum esset nimis spatiofus atque in pluri-
 ma capita in primis de recto actorum vsu diffusus, propriæ
 ac postremæ scriptio se posui. Haec vero ad Vos potissi-
 mum

5

rum prescripti, Commilitones carissimi, qui per hos hi-
bernos menses disciplina mea uti constituitis, tum quo ha-
beretis pignus aliquod meae erga Vos voluntatis, tum quo
Vobis etiam illiustri quodam exemplo ostenderem, quod
quotidie cum aliis praecipere soleo, quam arduum sit opus
tractare iura, qui modus, quae diligentia, quam pertinax
industria, quam denique multiplex doctrinae copia deside-
retur, ut probe intelligatis leges, probeque intellectis recte
vitamini. Quod si hoc quidem a Vobis mihi etiam contige-
rit, ut unum saltem aut alterum Vestrum deserta illa saltato-
ria via, quae ex praeclarissima ista triennii bienniiue opinio-
ne aliisque multis de causis quam plurimos discentium no-
stra aetate inuasit, ad seriam et adcuratam tractandi iuris rati-
onem erigam, vere gaudebo et in sinu, vberimumque mihi
disciplinae meae fructum videbor retulisse. Ser. in Aca-
demia Marburgensi Mens. Oct. An. CICICCLXXV.

X2338853

ULB Halle
007 362 676

3



KDP

Pu. 1. num. 22.

1775, 3. 4

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

INTERPRETATIONE PACIS WESTFALICAE

COMMENTATIO III

SVB INITIO

LECTIONVM HIBERNARVM

AN. CCCLXXV

SCRIPTA

A

D. CAR. HENRICO GEISLERO

SER. LANDGR. HASS. CONS. REGIM

PROF. IVR. PVBL. ET IN COLL. IVR. ASS

MARBVRGI

EX OFFICINA MULLERIA

